Heider, Daniel: Gründliche Außführung, Wessen sich deß H. Reichs Stadt Lindaw, wegen einer ... in anno 1628 ohnversehens abgelöster, vnd dem ... Grafen von Montfort ... sampt mitergriffnen vier Dörffern, überlassner ... der Ertzhertzogin Claudiae ... pendente lite cedirter Reichs-Pfandschafft ... wider menniglich zu halten ... vnd zu getrösten hab: Mit Ends angehenckten ... documentis ... Ubi ex jure publico .... [!]

Nürnberg, 1643 Seite 675



## Undecimus teſtis.

PRovidus Ulricus Merck aliâs Hoptmann/ de Lindow, Scabinus Piſtorum, ibidem, ætatis annorum 70. &c. ſuper articulis, &c. requiſitus, eoſdem aſtruit eſſe veros, pro ſcientiæ cauſa aſſignans, ſe hujusmodi limites ſeu marcas, parochias Waſſerburg & Lindow à ſe invicem diſtinguentes, à pueritiâ quaſi & quantũ memoriâ ſui teſtis ſe extendat ſciviſſe atq; illic contenta vera fore audiviſſe & didiciſſe ex ſe ſenioribus ante & infrà ſpacium ſexaginta annorum proximè præteritorum, & præſertim à quondam Ulrico Merck, viro annoſo & fide digno: quos limites deponens ſic deſcribit: Die Marcken heben an bim Degelſtein im See/ vnd gånd von dem Stain vnter Allwind in Graben/ vnd den Graben hinuß/ vntz an der Lutzin Gut / ze ring vmb das Moß/ deren von Degelſtein Vehwand zu deß Schwabs Huß hinzu / vnd von Schwabs Huß/ biß an Spitals Gut/vnd für deß Spitauls Torggel biß über den Heyerberg hinuß/ wyter der Marcken halb iſt kein Span. *fol. 33. & ſeqq.*

## Decimus quartus teſtis.

PRovidus Nicolus Brög, juſticiarius Opidi Lindovv, artificio ſuo ſe nutrit, annos natus 60. vel circiter, &c. ſuper articulo cruce ſignato tertio requiſitus affirmat, eundem eſſe verum. Nam ipſe deponens limites, Parrochias Lindovv & Waſſerburg à ſe invicem diſtinguentes optimè ſciat, qui incipiant in quodam lapide in lacu ſito, &c. Quos etiam limites & terminos vulgari profatu ſic deſcripſit, Am Tegelſtein im See/ heben die Marcken an / vnd gånd durch Gårten hervff/vnd den Graben hinter Allwind hinuß/biß zu Degelſteiner Vechwayd herumb/ biß vff das Ebnett zu deß Spitals Dorckel/ darnach aber am Graben in ain Garten hinumb bitz gen Schachen in die Letz / vnd vß derſelben Letz über den Hayerberg vff hin/ vnd den Berg hinüber gen Fineck/vnd von Fineck hinumb in ain Brunnen in deß Wannentåly vnd darnach von deß Wañentålin vff die Zwirckhen/vnd darnach am Graben hinumb biß auff den Kuchenberg/ꝛc. Dicit etiam teſtis requiſitus, ſe marcas & terminos prætactos taliter didiciſſe & ex illo ſcire, Quia, durante alias, antè vel circiter. 12. annorum proximè præteritorum ſpacium, quando Johannes de Höchſt edificabat domus quæſtionis, quadam differentiâ, occaſione jurisdictionum in & circa fundum, ſeu domus quæſtionis, inter quondam ſeniorem Comitem Hugonem de Monteforti & opidũ Lindavv, ipſe partes, videlicet comes Hugo ſenior perſonaliter, unà cum certis ſuis Advocatis ex unâ; Et Magiſter Civium, protonotarius, deponens & certi alii opidi Lindovv Conſiliarii, ex alterâ partibus, in fundo quæſtionis & differentiis hujusmodi, cum teſtibus & ſenioribus expertis in ſcientia hujusmodi limitum hinc inde, ad faciendum ſe de eiſdem limitibus informari adductis comparuerint. Eo tunc & illic limites & termini tùm jurisdictionum tùm parochiarum in Lindovv & Waſſerburg per teſtes hinc inde adductos, præmiſſo modo, metati & demonſtrati fuerint, &c. *fol. verſ. 42. & ſeq.*

# Rotulus Teſtium Dnn. Defenſorum pro parte productorum, &c.

## Secundus teſtis.

CRiſtannus Franz Amannus in Langenargen/ꝛc. annos natus 60. &c. requiſitus, reſpondet teſtis verum eſſe, prout in primo interrogatorio continetur. Nam exorta aliâs quadam differentiâ ante ſpacium. 24. proximè præteritorum annorum, occaſione jurisdictionis propè locum quæſtionis (domibus quæſtionum nondum ædificatis, ſed quodam nemore, vulgò das Eberhartz Holtz appellato illic exiſtente) inter quondam Comitem Hugonem de Monteforti ſeniorem & Opidum Lindow, Idem Comes deponenti, ejusdem Advocato ſeu Ammanno in *fol. 71.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/drwheider1643/0683
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.